

419b

1601, 2

2

13



DECADES QVINQVE
 Conclusionum iuridicarum
 DE
MANDATO,
ET SOCIETATE.

Quas
 AVSPICE ET INVANTE DEO,

PRAESIDENTE HENRICO ANDREA
 CRANIO VVARSTENO, in incluta ac cele-
 berrima Academia IVLIA, qua est Helmstadij dispu-
 tandas proponit, & pro virili 16. Maij, horis
 & loco consuetis defendere
 conabitur

AVGVSTINVS Schmidenbach
 Gorlicius.

HELMAESTADII,
 Excudebat Iacobus Lucius.

Anno M. DC. I.



32.





NOBILISSIMO, AM-
PLISSIMOQVE VIRO DOMINO
A SEBASTIANO HOFFMANN in Soraw &
Hennerßdorff hereditario, inclutæ Gorlicensium Reipubl.
Consuli prudentissimo, Affini sum-
mo operè colendo:

Nec non
SPECTATISSIMO ATQVE IN-
A TEGERRIMO VIRO DOMINO IOHANNI
Schmidenbach / in Ober Neundorff & Florßdorff
hereditario, parenti unicè
charissimo,

Iuridicas hascè positiones in obseruantia & pie-
tatis argumentum, tum etiam Academicorum
studiorum qualecunq; testimonium inscribit &
dedic at

Augustinus Schmidenbach
Resp.



DE MANDATO, ET SOCIETATE.

Iam, dante Deo, agemus de contractibus, quibus vel industriam u-
peramq; hominū ad usum utilitatesq; nostras adiungimus; vel res
ipsas: operam quidem Mandato & Societate: res uero emtione
uenditione. Sed in presentiarum ex duobus saltem prioribus, quæ
opinionum tricis inuoluta, potissimum extricabimus. Nec me (ut
Platonis uerbis utar) alio consilio existimetis differere uelle, quàm
ut ea, de quibus cotidie dubito, communiter inter nos dispiciamus:
quòd rectè Homerum dicere arbitror: *Σὺ δὲ τὸ δὴ ἐρχομῶν, καὶ τὸ πρὸ
ὀ ἔς ἐνόντων*: conueniant bini, melior sententia constat.

CONCLUSIO I.

Mandatum nobis est contractus *a*, qui consensu
de negotio aliquo alicuius gratis gerendo per-
ficitur *b*.

a non officium, ut illud improprie definiunt Accurs.
Azo, Br. Bl. ad rubr. ff. h. t. *b* tot. tit. I. & ff. h. Gædd. in tr. de
contr. & com. stip. cap. 1. concl. 3. n. 61.

2. Et quidem consensus uel tacitus sufficit *a*, quem ex
domini presentis nec contradicentis scientia præsumi *b*,
contra VVesenbec *c*. statuimus.

a l. 6. §. 2. l. 18. l. 53. h. t. l. 6. C. eod. l. semper. 60. de R. I. l. 2. in f. C.
de acq. pos. *b* arg. l. 40. l. 53. h. t. Donel. 13. com. 10. P. Fab. in d. l.
60. n. 9. confer Dn. Vultei. 1. I. R. 42. lit. b. dec. in d. l. 60. n. 1. 2.
c in parat. ff. de negot. gest. n. 3.

3. Ratihabitio uero an & quando mandatum efficiat,
& sic mandati actionem pariat, uel non, distinctè satis ve-
req; contra alios *a* docet Iulius Pacius *b*.

a P. Fab. ad d. l. 60. n. 22. de R. I. Aliter P. Peckius in c. ratihabi-
tio. 10. n. 7. de R. I. lib. 6. Dyn. ibid. n. 7. & Dd. com. Aliter Robert.
2. sent. 6. Aliter Gregor. Lopez in animad. iur. cap. 31. *b* cent. 2.
Cvart. 53. Cuiac. tr. 8. ad Afr. in expl. l. f. de neg. gest. Bocer. in l. 23.
c. 4. n. 5. de R. I. ubi inter tres casus distinguit. confer Don. 15. com. 17.
& 13. com. 12.

4. Mandatum ratione subiecti aliud est generale *a*, aliud speciale *b*. Generale Dd. subdiuidunt in id, quod est cum liberâ, vel sine eâ, & simpliciter totorum bonorum appellatur: sed nos com. Dd. opinione non attentâ, species has prudentibus nostris reipsâ distinctas esse negamus *c*.

a l. 6. §. 6. h. t. l. 12. de pign. act. l. 58. l. seq. l. 63. de procur. c. l. 25. §. 5. de acq. hered. l. 11. §. f. de pign. act. l. 7. §. 1. quib. mod. pign. solu. Dn. Vultei. 1. I. R. 38. c. Cuiac. lib. 6. differ. Modest. in explic. d. l. 63. Don. 4. com. 15. Vand. 1. q. 47. Dis. VVes. in parat. de procur. n. 3. Pac. 2. q. 47. Oldend. clas. 4. act. 24. Costal. ad l. 58. de procur. & Dd. com.

5. Qui contrahere, iisdem & mandare, mandatum suscipere, susceptumq; alteri rursus demandare possunt *a*. De deportato vel eo, cuius bona publicata sunt, quæritur, num mandare possit? Et, cum publicatis bonis, ea, quæ post acquiruntur, fiscum non sequantur *b*, contra Cuiac. *c* & alios, hoc affirmarem.

a Treutl. p. 1. disp. 27. th. 2. *b* l. 22. §. 5. h. c. felicis. §. verum. de pæn. l. 8. §. 1. qui test. fac. poss. *c* ad d. l. 8. ubi d. l. 22. §. 5. accipiendam putat de relegato. Adde eundem 6. obs. 23. Goth. ad l. 7. in f. de bon. damnat. Treutl. d. lo. Nituntur arg. l. 2. C. de bon. proscr.

6. Mandari autem possunt quælibet negotia honesta licitaq; *a*: Et si solius mandatarij concernant vtilitatem, magis consilium, quàm mandatum erit *b*, ac proinde mandantem in contractibus non obligabit, ne quidem si aliâs contracturo datum sit *c*, licet pleriq; reluctentur *d*.

a l. 6. §. 3. l. 22. §. 6. h. t. *b* pr. & §. 6. I. h. l. 2. §. f. l. 48. §. f. ff. eod. ubi in Pand. Florent. perperam legitur M I H I pro T I B I. Donnell. 3. com. 10. *c* nisi dolus subsit l. 2. h. l. f. de dol. l. 47. de R. I. ubi P. Fab. n. 10. Don. d. lo. Connan. 1. com. 14. n. 6. *d* VVes. h. in parat. n. 7. Schn. ad §. tua tantum n. 2. I. h. Dyn. in c. nullus 62. n. 2. de R. I. in 6. Goth. ad d. l. 2. §. f. h. t. Cagnol. in d. l. 47. n. 6.

7. Vnde colligimus, literas commendatitias, & credentia generales, scribentem non obligare, nisi ex circumstan-

stan-

stantijs alia scribentis colligatur voluntas *a*. Et hæc omnia etiam in Doctoribus consultis, licet vel crassæ negligentiae coargui possint, obtinere contra Matth. de Afflictis *b* & plerosq; alios adserimus *c*.

a l. 12. §. 12. h. l. fin. C. quod cum eo, qui al. Goth. in l. 1. h. Bart. & Dd. in l. 24. de fideius. *b* adconstit. Sicilia constit. incip. veterum in 5. notab. Dec. in d. l. consilij. 47. de R. I. n. 3. *c* arg. d. l. 2. §. f. hic. d. §. 6. I. eod. d. l. consilij. iunct. l. fraudis 79. de R. I. P. Peck. in d. c. nullus n. 9. & seqq. Ias. in l. 2. n. 3. ff. quod quisq; iur. in al. & c.

8. De eo maior est concertatio, an hereditatis aditio *a*, emancipatio *b*, adoptio *c*, tutoris datio *d*, acceptilatio *e*, servi optio *f*, vtpote actus legitimi, mandari seu per procuratorem expediri possint? Negamus *g*, interim ijs electionem prælatorum non adiungentes *h*.

a l. 26. l. 90. de acq. her. l. 1. §. f. de off. procur. Cas. ubi Dd. com. Cuiac. 1. obs. 34. & 15. obs. 16. Don. 7. com. 9. Dis. Duar. 2. disp. 27. & cap. 4. de acq. her. Costal. ad d. l. 1. *b* Paul. 2. sent. 25. Don. 2. com. 26. *c* l. 24. l. 25. §. 1. de adopt. Don. 2. com. 22. 23. *d* l. 6. §. 1. de tutel. l. 8. de tut. & cur. dat. Don. 3. com. 7. *e* l. 3. l. 13. §. 10. de accept. Don. 16. com. 21. *f* arg. l. 5. de legat. 1. l. 5. §. 20. de opt. leg. Cuiac. d. obs. 16. Dis. Hot. ill. q. 32. & 1. amic. resp. 30. *g* vide P. Fab. in l. 77. & in l. 123. de R. I. & 2. semestr. 22. 23. 24. Bris. 4. select. antiq. 20. *h* c. p. de elect. in 6. Lancel. in Inst. iur. Canon. de elect. §. sed & si quis. cum seqq. Dis. quidam per ea quæ notavit Dyn. ad c. 50. n. 2. de R. I. in 6.

9. Rerum autem turpium & iniustarum mandatum a deo nullum est *a*, vt si delictum sequatur, tam mandans, quàm mandatarius pari poenâ digni sint *b*: Quod in tantum verum, vt etiam si mandatarius idem absq; mandato, spontanea voluntate perpetraturus fuisset, id ipsum affirmandum censeamus *c*.

a l. 6. §. 3. l. 12. l. 22. §. 6. h. t. l. 26. de V. O. *b* arg. l. 37. l. 11. §. 3. de iniur. l. 1. §. 13. de vi & vi arm. *c* d. l. 11. §. 3. & d. l. 1. §. quotiens. Menoch. cas. 352. Couar. ad clem. si furiosus p. 2. §. 2. n. 1. de homic. latè Decian. lib. 9. tract. crim. c. 32. 10. Alapas

10. Alapas *a* tamen vulneraue non lethalia *b* tantum infligi mandantem, homine à mandatario occiso, non ordinariâ L. Corneliæ; sed extraordinariâ ac mitiori pœnâ puniendum, contra Dd. vulgò *c* intrepidè adstruimus.

a Menoch. d. cas. 352. n. 3. Clar. q. 89. n. 5. *b* arg. l. 1. §. 3. l. 7. l. 14. l. p. ad L. Cornel. de sic. Couar. in d. clem. si furiosus. p. 2. n. 1. 2. Dis. Menoch. d. cas. 352. n. 2. Tyb. Decian. in pract. crim. c. 36. n. 11. Clar. d. q. 89. n. 5. per c. f. de homic. in 6. vide Fachin. 1. contr. iur. 36.

11. Vicina & elegans est quæstio, num ratihabitio aliquem pœnæ ordinariæ obstringat, si delictum commissum sequatur? Quod non facilè dixerimus.

arg. c. qui 23. de sent. excom. in 6. gl. in c. si quis. 7. dist. 50. Nisi cum Decian. lib. 9. pract. crim. c. 38. n. 2. & seq. & alijs, per c. cum ad sedem 15. de restit. spol. diuersum statuere velimus duobus concurrentibus, unum est, ut delictum alieno committatur nomine: Deinde ut is, cuius nomine commissum est, ratificet.

12. De eo quoq; hîc ambigi video, an, cum mandatum gratuitum esse debeat *a*, si quid in symbolum gratitudinis à mandante promissum fuerit *b*, id peti à mandatore possit? Placet illorum sententia, qui incertâ pollicitatione promissum exigi posse indistinctè negant *c*; si verò certum sit, posse dicunt *d*: Non tamen actione mandati *e*.

a S. f. I. hîc l. 1. §. f. ff. eod. *b* l. 6. pr. h. l. 38. §. 1. locat. l. 1. de extr. cogn. l. 1. si mens. fals. mod. dix. Cuiac. 16. obs. 16. D. Borch. de feud. c. 1. n. 12. Don. 13. com. 10. Oldend. cl. 4. adt. 24. Duar. h. c. 1. *c* l. 17. C. h. t. l. 56. §. f. ff. eod. Duar. h. c. 3. Dis. Ves. in parat. h. t. in f. *d* d. l. 7. h. t. l. 1. C. eod. vid. Gail. 1. obs. 44. *e* Dn. Vultei. 1. I. R. 38. Dis. Accurs. in d. S. f. I. h.

13. Soluitur mandatum re adhuc integra, morte alterutrius naturali *a*, vel ciuili *b*. Et mandatum quoq; super eo, ad quod mandator erat obligatus, morte eius finiri contra plerosq; *c* adserimus.

a S. 10. l. h. l. 26. l. 27. §. 3. l. mandatum 57. ff. eod. (quam emendam putamus cum Donel. 1. com. 23. in f. A. Aug. 1. emend. 2. con-

tra Rob. 2. rec. lect. 16. Confer l. 12. §. f. l. 34. §. f. h. t. Cuiac. in tr. ad Afric. in expl. l. 34. §. h. & 2. obs. 31. Myns. 2. obs. 84. Don. 6. com. 23. H. Pistor. lib. 2. p. 2. q. 27. n. 34. b arg. l. 14. de O. & A. l. 22. ubi P. Fab. l. 107. de R. I. l. 3. de fideius. confer Pac. 4. q. 88. c ad l. pen. de reb. cred. ibid. Goth. Cuiac. tract. 8. ad Afric. in expl. l. pen. fol. 408. d arg. d. l. pen. ubi Don. n. 10. & 11. Couarr. pract. quest. cap. 11. n. 2.

14. Quid igitur, si quis nominatim mandauerit quid fieri post mortem suam? Illud cum Donello *a* contra Cuiac. *b* & Pacium *c* distinctionis foedere diluemus.

a lib. 16. com. 23. b lib. 1. obs. 38. c cent. 4. q. 56. & seq. confer Hottom. 2. amic. resp. 38.

15. Finitur quoque reuocatione mandantis *a*, & renunciatione mandatarij *b*. Eodem quadantenus referri posse, si causa mandati in causam crediti conuersa sit, non ambigimus *c*.

a §. 9. I. hic. l. 27. §. 2. ff. eod. Oldend. clas. 4. act. 24. b §. 11. I. h. l. 22. §. f. cum l. seqq. eod. Hac tamen renunciatio necessaria non est, si inimicitiae capitales postea interueniant, vel morbus, tempestas, hostium praeuoluntate vis obster l. 23. l. 25. h. t. vel si mandator interim soluendo esse deserit. l. 24. h. Don. 13. com. 11. & 16. com. 23. c arg. l. sing. 15. de reb. cred. vide variantes Accurs. Zas. Costal. Goth. Don. in d. l. 15. Cuiac. tract. 8. ad Afric. in expl. l. 24. h. t. & 8. obs. 8. Coras. 6. misc. 16. Conan. 7. com. 1. Pac. 3. q. 65. & 67. Rob. 1. rec. lect. 12. & 2. sent. 4. 5. Hott. 1. amic. resp. 28.

16. Hinc dubium exoritur, num mandatum iuramento stabilitum reuocari possit? Dd. com. affirmant, licet reuocans inde putetur periurus: Quod an sustineri possit, disputationis demonstrabit exercitium.

Confer Gomez. in §. item n. 36. I. de act. Dec. in c. ad vestram. n. 6. de cons. ut vel inut. & in c. cum accessissent. n. 7. de constit. vent. in tr. ex def. mand. n. 158. gl. in c. fin. de procur. in 6.

17. Caeterum in iurisdictione mandatâ hoc singulariter tenendum, posse eam per delegantem quouis tempore, & ex quacunque causa, etiam leuissima reuocari, etiamsi res non sit amplius integra.

l. 12.

l.12.pr.l.58. de iudic. Dn. Gædd. c. 1. de sequ. poss. n. 58. & seqq. ubi Dd. variè dissentientes refert & refutat.

18. Ex hoc contractu duplex oritur actio, directa & contraria *a*. Illa *b* datur mandatori aduersus mandatarium, tam in omne id, quod interest *c*; quàm ad id, quod dolo aut culpâ, etiam leuissimâ *d*, mandatarij admissum est.

a l.19. h. t. Don.13.com.14. b qua famosa est, siquidem condemnatio fiat ex dolo l. 21. C. h. l. 1. de his qui not. infam. vel lata culpa. arg. l. 226. de V. S. l. 32. depos. iunct. l. 23. de R. I. ubi Delr. c. 1. l. 24. h. Diss. Conan. 7. com. 4. n. 7. Coras. 4. misc. 2. n. 10. Ves. in parat. de his qui not. infam. n. 4. Alciat. in d. l. 226. n. 3. c l. 8. §. 6. l. 49. h. l. 16. C. eod. Cuiac. 17. obs. 19. Pac. 4. q. 82. Don. 13. com. 11. Diss. emendando Hot. 5. obs. 10. d d. l. 8. l. 13. l. 21. C. h. t. l. 23. de R. I. ubi P. Fab. n. 120. ibid. Bocer. c. 4. n. 5. Delr. c. 7. Dn. Vultei. 1. disc. 15. fol. 157. qui in utramq. partem disputant.

19. An autem hoc ad negotiorum gestorem æquè trahi possit, non leuiori etiam concertatione controuertitur? Sed eum de dolo, culpâ latâ & leui tantum teneri, nobis benigna iuris ratio suggerit,

§. 1. I. de obl. qua ex q. contr. & c. ubi Dd. com. P. Fab. in l. 23. n. 113. de R. I. & ibid. Bocer. c. 4. n. 12. Delr. c. 14. Trent. l. p. 1. disp. 11. th. 12. & seq. Diss. Dn. Vultei. 1. disc. 15. Don. 15. com. 15. adde Cuiac. 17. obs. 19.

20. Contraria datur mandatario ad repetendum quicquid sumtuum ipse in exsequendo mandato de suo utiliter fecit *a*, & si quid aliud ex causa mandati abest *b*. Hinc in disceptationem venit, an mandans de casu fortuito seu vi maiori mandatario ex causa mandati obtingente teneatur? Quod si contingat in ijs rebus, quas mandati exsequendi causa habuit procurator, non aliter habiturus aut amissurus, affirmamus *c*.

a l. 10. §. 9. l. 12. §. 9. l. 27. §. 4. h. t. l. 4. C. eod. b d. l. 10. §. 9. l. 50. §. f. h. t. Donel. 13. com. 12. & seq. c l. 26. §. 6. h. Don. d. c. 12. confer A. Fab. 3. con. 5. Pac. 4. q. 90. Duar. h. c. 3. Costal. ad l. 2. §. si conseruatis ff. ad L. Rhod. de iact. Cuiac. tr. 8. ad Afric. in expl. l. 61. §. quod verò de furt.

21. Quid

21. Quid si fines mandati excefferit, quos diligenter custodiendos esse constat *a*? Adhuc quatenus mandati terminos transfiliendo quid vtiliter gessit, eo nomine negotiorum actione agere poterit *b*, ve etiam veteribus glossographis renitentibus *c*.

a §. 8. I. h. l. 5. pr. l. 41. ff. eod. Vid. Gail. de pace publ. 4. n. 26. & seqq.
b l. 2. l. 10. §. 1. l. 45. de neg. gest. iunct. l. 4. ubi Costal. l. 33. l. f. §. f. h. t. Myns. ad d. §. 8. n. 3. confer Cuiac. 12. obs. 34. Pac. 4. q. 95. Don. 13. com. 12. *c* Ioan. Bulgar. & eos secutus Accurs. Vid. Sich. ad l. 1. n. 3. C. h. t.

22. Haecenus de mandato; sequitur de Societate, quæ Societas. est contractus, qui consensu de lucro & damno ex re honesta proueniente communicando perficitur.

§. 1. & seqq. I. h. t. l. 1. §. 1. l. 5. §. 1. l. 7. & seqq. ff. eod. Dn. Gæd. d. tr. de contr. & com. stip. c. 1. concl. 3. n. 61. Alij aliter definiunt.

23. Estq; Societas vel publica, vel priuata *a*. Illa fit de rebus publicis, vt vectigalium, in qua singulare est, vt morte socij non extinguatur: Hæc fit de rebus priuatis *b*, quæ rursus est vel vniuersalis, vel particularis *c*. Simpliciter verò inita ad quæstum tantum communicandum tendit *d*.

a l. 63. §. 8. l. 65. §. 15. l. 59. pr. h. t. *b* Cuiac. 10. obs. 25. Conan. 7. com. 13. n. 16. Ves. in par. h. n. 3. & 11. *c* pr. I. h. l. 5. pr. ff. eod. Donel. 13. com. 16. *d* l. 7. & seqq. h. t. Donel. d. loc.

24. Et cum consensus vel tacitus sufficiat, re ipsâ, hoc est, factis & actibus societatis ius & naturam referentibus declaratus *a*; concludimus, ex sola fratrum seu patruum & nepotis post parentis obitum cohabitatione ac diutina bonorum indiuisorum retentione, societatem non induci *b*: Nisi præterea lucra, oneraq; sine rationum subductione communicent, etsi nullus eorum negotietur *c*.

a l. 4. ubi Goth. h. t. ibid. Cuiac. in parat. & Ves. n. 4. P. Fab. in l. 47. n. 13. de R. I. Con. 7. com. 13. *b* arg. l. 39. §. 3. fam. ercis. Schneid. in §. quadam 20. p. 1. n. 56. I. de act. Menoch. cas. 127. n. 15. *c* arg. l. 52. §. 6. h. t. Alciat. 1. presunt. 25. n. 2. & 5. Dis. Bart. & Dd. in l. 4. C.

B

6073-

*commun. utr. iud. qui, ut fratres omnes vel eorum aliquis negotietur, in-
super requirunt, quas refutat Bocer. h. disp. th. 4.*

25. Illud valde dubium est, an totorum bonorum socie-
tas omnis lucri communionem continens tacitè contrahi
possit? Affirm.

*arg. l. 4. l. 52. §. 6. h. t. Soar. rec. sent. tit. 5. n. 124. confer Don. 13. com.
15. in fin. Dis. Roland. à Vall. vol. 1. consil. 90. n. 28. & seqq.*

26. Vnde etiam inter nobiles, qui mercaturam quæstu-
ariam non faciunt, ut & inter eos fratres, quorum vnus Do-
ctor est, & locuples quasi castrense peculium suâ operâ ad-
quisiuit, id ipsum procedere concludimus.

*Bocer. d. th. 4. ex Alciat. d. præsumt. 25. n. 5. Mascard. de probat. vol. 1.
concl. 31. n. 20. & seqq.*

27. Hinc quoq; contra plerosq; *a* concludimus: nuptijs
ipsis inter coniuges hanc bonorum (exceptâ dote) commu-
nionem quodammodo institui, nisi de contrariâ alterutrius
voluntate appateat *b*.

a *Conar. de matrim. c. 7. §. 1. n. 5. Chassan. in consuet. Burgund. rubr.
4. §. 2. n. 16. b* *arg. l. 8. C. de pact. conuent. l. 4. C. de crim. expil. her.
Don. 13. com. 21. pag. 210. gl. in c. cum societas. 22. q. 2. confer Bodin. 1.
de republ. 3. Dn. Vultei. 1. I. R. 16. Alth. 1. I. R. 38.*

28. Ad formam finemq; societatis pertinet lucri dam-
niq; communicatio *a*: Quid si partes lucri & damni non
sint expressæ? Partes non analogiâ Arithmeticâ; sed Geo-
metricâ pro vnus cuiusq; operis atq; opibus in societatem
collatis æquales accipientur *b*.

a *l. 3. l. 30. h. t. b* *arg. l. 6. l. 8. h. t. Vultei. 1. I. R. 37. n. 18. Menoch.
cas. 125. n. 4. & 5. Dis. videtur Ves. h. in parat. n. 6. & pars in lucro
expressa seruabitur etiam in damno, & contrâ. §. 1. & seqq. l. h. t.*

29. An autem pactum inæqualitatis in societate fieri
possit *a*, est sanè quod dubites? Quod non opinamur, nisi
quis eorum aliquid plus contulerit societati *b*. Id quod iu-
dicis arbitrio, inspectis pecuniæ, operarum & industriæ va-
lore,

lore, æstimatione & compensatione dijudicandum commit-
timus c.

a *puta ut alter plus lucri, quàm damni sentiat, qui etiam ut lucri par-
tem ferat, de damno non teneatur §. 1. & 2. I. h. t. l. 30. eod. Disß. videtur
Gom. 2. resol. 5. n. 5. vers. secundo infertur b l. 29. h. t. Balduin. in d.
§. 2. n. 2. I. h. ibid. D. Borch. Don. 13. com. 16. pag. 188. Gail. 2. obs. 24. n. 1. 2.
Covarr. 3. var. res. 2. n. 3. ubi refert. dissent. quibus adde Ioann. glos. ex
Accursio in d. l. 29. verb. societate. c l. 6. l. 78. h. t. Menoch. cas. 125.
n. 3. Covarr. d. c. 2. n. 2. confer Pac. 4. q. 96.*

30. Ita quoq; societatem coiri posse constat, vt alter o-
peram solùm & industriam, alter pecuniam conferat, & lu-
crum æqualiter diuidatur a: Sed illud valdè torsit Interpp.
an qui operam confert, impensis proprijs; an verò commu-
nibus eam præstare debeat? Nos communibus arbitramur:
Nisi huiusmodi sint impensæ, quas & sine societate factu-
rus esset, quales sunt victus, amictus & similes b.

a *§. 2. I. h. l. 1. C. eod. l. 5. §. 1. l. 29. §. 1. l. 52. §. 2. (de quo §. 2. vide va-
riantes Goth. ibid. Bude. Hot. 4. obs. 7. A. Aug. 4. emend. 9. Forcat. in
Necyom. dial. 95. Cuiac. in not. I. eod. Duar. h. c. 1. 4.) ff. h. t. b l. 67.
§. 2. l. 60. §. fi. iunct. l. seq. l. 38. §. f. hic. Schneid. in §. 2. n. 7. I. h. Disß. Bo-
cer. d. disp. th. 9. secutus Sichard. Ang. Cyn. Salyc. & alios in l. 1. C. h. t.*

31. Sortem verò ab altero collatam ei, qui operam tan-
tum contulit, finitâ societate non communicandam a; sic-
ut nec diminutam infortunio ab eo, qui operam confert,
partim sarcindam b, cum sanioribus Interpp. contra alios
defendere annitemur.

a *eleg. Schneid. in d. §. 2. n. 5. Gail. 2. obs. 24. n. 6. Sich. ad l. 1. n. 4. &
ibid. Dd. com. C. h. t. Disß. ibid. Accurs. Covarr. 3. var. res. 2. n. 2. P.
Perusi. in tr. de duob. fratr. p. 4. gl. 2. q. 2. quorum distinctionem pro-
bat Boc. h. th. 15. b Schn. d. loc. n. 6. Sich. in d. l. 1. n. 5. Disß. Covarr.
d. loc. quem sequitur Soar. in th. rec. sent. lit. S. n. 126. Muda. in l. 29.
ff. h. t.*

32. Quid si ita societas contrahatur, vt, si qua iusta he-
reditas alterutri obuenerit, communis sit? Hereditatem ab

intestato obuenientem tantum communicandam esse Paulus scribit *a*: Sed num idem dicendum, si legitimæ hereditatis mentio facta sit, valdè controuertitur? Quod cum Dn. Valent. Forstero *b* lctorum lctissimo, præceptore obseruando, non sine ratione contra Alciatum *c* & alios *d* dicemus.

a in l. 3. §. 2. h. t. *b* in tract. suo de success. lib. 1. cap. 16. 17. 18. quem sequitur Dn. Gædd. in l. lege obuenire 130. n. 6. de V. S. Don. 9. com. 1. Pinel. in l. 2. n. 5. & seqq. C. de bon. mater. per d. l. 3. §. 2. & t. t. ff. & C. de legit. hered. l. 13. l. 17. §. f. l. 70. de acq. her. l. 2. 3. 4. de suis & legit. l. 89. de R. I. *c* 4. pag. d. 4. & in d. l. lege. 130. *d* quos vide apud Dn. præceptorem Forster. d. c. 16. ubi varias Dd. opiniones refert & refutat.

33. Totorum bonorum societate coitâ, omnes res, ex quacunq; etiam causa sociorum sint, (exceptis nominibus, quæ inuicem ceduntur *a*) continuò ratione dominij, etiam sine traditione & apprehensione communicantur *b*: De rebus verò post contractam societatem acquisitis diuersum statuere cogimur *c*.

a l. 1. 2. 3. 52. §. 16. & seqq. h. t. Conan. 7. com. 13. *b* l. 16. de precar. auth. ingressi. C. de SS. Eccl. Costal. ad l. 16. de reb. cred. Duar. c. 1. *c* Costal. Ias. Zaf. in d. l. 16. Gail. 2. obs. 24. n. f. quibus accedit Bocer. h. th. 27. arg. l. 3. §. 1. l. 37. h. l. 52. §. 18. de furt.

34. Et huius societatis tanta vis est, vt licet vnus sociorum suo nomine pecuniam communem foenerauerit ac vsuras perceperit, eas partiri teneatur.

per l. si vnus. 67. §. 1. ubi Mude. ff. h. t. Cuiac. 23. obs. 27.

35. De hac societate omnium difficilima, ac periucunda est quæstio, si vnus ex socijs filix suæ aliquid in dotem dederit, an datum societati imputetur? Et humanius est, vt cum plerisq; contra plurimos imputandū esse concludamus.

per l. 81. h. t. ubi Goth. Menoch. cas. 127. n. 3. Don. 13. com. 16. pag. 188. Roland. à Valle consil. 91. vol. 1. n. 40. & 56. Et pro hac sententia, quod filia sociorū de communi sint dotanda, duo extant responsa apud Mozz. in tr. de contr. sub finem contr. de societ. Dis. Schneid. in §. quadam act. p. 1. n. 57. I. de act. secutus Ias. Bl. Fulgos. Castr. Socin. & alios.

36. De

36. De eo non minus opinionum reperiuntur diuortia, an, si socius omn. bon. filio suo quid dederit in subsidium studiorum, vel ad honores consequendos, puta Magistri, Licentiati, vel Doctoris, hoc omne societati sit imputandum? Idem affirmamus de sumptibus in liberos ante contractam societatem studijs literarum destinatos: Negamus verò de sumptibus, quos contractâ demum societate pater studijs destinavit.

Confer Don. d. c. 16. & ad rubr. C. pro socio, contra Dd. com. quos referunt & ipsi dissentiunt Roland. à Valle d. conf. 91. n. 34. & Bocer. h. th. 30. per text. l. 73. §. 1. h. t. adde Menoch. d. cas. 127. n. 3. qui horum opinionem receptiorem esse scribit.

37. Hic & illud controuertitur, an & quatenus socius per consocium ære alieno obligetur? Et nisi in communem arcam pecuniæ versæ sint, vel aliâs obligatio, quâ extraneo socius tenetur, societatem respiciat, eum obligari non credimus, idq; tam de totorum bonorum, quàm partis societate verum esse a contra Bocerum b arbitramur.

a arg. l. 52. §. 15. l. 82. h. t. Schneid. ad d. §. quadam act. n. 57. I. de act.

b d. disp. th. 41. ubi plures allegat, cum quibus hoc particularis societatis proprium esse putat, per dd. text. & l. 39. §. filius ff. fam. etc.

38. His tamen casibus, licet particularis socius pro eâ duntaxat summâ, quam in societate habet, contractu socij obligetur a: Si tamen duo pluresue socij per institorem communi consensu præpositum negotientur, non pro collatæ fortis quantitate, sed singulos in solidû teneri b, contra Andream Gail c. tuebimur.

a Don. 13. com. 16. pag. 185. & 187. Marant. in spec. aur. p. 4. dist. 9.

n. 94. Disb. Angel. in l. si vnus. in pr. ff. de pact. Benue. d. tr. n. 15.

b arg. l. 4. §. 1. & 2. l. 6. §. 1. de exerc. act. Mar. d. lo. c lib. 2. obs. 24. n. 9. Azon. in sum. C. de exerc. act.

39. Deniq; an socius socio damni infecti nomine cauere teneatur, non est vsquequaque expeditum? Nos Ant.

B 3

Fabrum

Fabrum a secuti duobus duntaxat casibus hanc cautionem inter socios necessariam esse: alijs casibus posse quidem; sed non necessariò interponi debere contra communem b sentimus c.

a lib. 2. coniect. 9. b Accurs. Br. & Dd. com. in l. 39. de damn. infect. confer Cuiac. ad Paul. 5. sent. 10. §. fin. Don. 15. com. 46. pag. 559. c arg. d. l. 39. ubi Goth. l. damni. 43. §. 1. de damn. infect.

40. Sicut autem societatis nulla in æternū est coitio a; ita nec conuentione effici potest, vt res communis nunquam diuidatur b, nec iussui testatoris c; immò ne quidem conuentioni iuratae d, hac in parte parendum puto.

a l. nulla 70. h. t. b l. f. C. com. diu. l. 1. fam. erc. l. 26. §. 4. de condict. indeb. l. 14. §. 2. com. diu. l. 23. C. fam. erc. l. 14. h. t. c arg. d. l. f. Trentl. p. 1. disp. 19. th. 14. lit. i. ubi dis. refert. d arg. l. 5. in f. C. de ll. iunct. l. 20. hic. d. l. 14. §. 2. com. diu. Dis. Trent. d. loc. cum ibid. alleg. per c. cum contingat. de iureiur. arg. d. l. 23. C. fam. erc.

41. Societate verò ad certum tempus coitâ, quemadmodum ipsa fors non nisi finita societate; ita nec ipsum lucrum inuitis socijs diminui potest.

Benuent. d. tract. de tr. Mercat. n. 16. Bocer. h. th. 43.

42. Ita sociamur; dissociamur varijs ex causis, vtpote dissensu omniū a; vel vnus saltem socij renunciatione, tempestiuè tamen & citra dolum factâ b: Tum etiam morte vnus saltē naturalis c, vel ciuilis d, nisi post eius mortē sequatur res, de qua societas coita est, & mors socij ignota fuerite.

a l. 4. C. h. t. §. 4. l. eod. b d. §. 4. l. 14. §. 15. & 16. l. 63. §. f. l. 65. §. 3. & seqq. c §. 5. l. h. l. 1. l. 52. §. 9. l. 59. l. 65. §. 9. l. 70. ff. eod. vide Cuiac. 10. obs. 25. Don. 16. com. 24. d d. l. 63. §. f. l. 4. §. f. h. t. e d. l. 65. §. item sē h. t. l. heres. 40. h. t.

43. Quid si pacto singulariter inter socios conuenerit, vt societas in heredes continuetur? Nec hoc casu mortuo socio, heredem ipsius societati succedere putamus.

arg. l. adeò. 59. h. t. Boc. h. th. 47. confer Cuiac. 10. obs. 25. Bulduin. in prolo. ad pr. lib. 2. Inst. n. 8. Anchar. 1. q. 54. n. 3. qui dis. videntur per l. in hoc. 14. §. p. ff. com. diu.

44. Solui-

44. Soluitur quoq; societas rerum interitu *a*, consecra-
tione *b*, publicatione *c*; item actione *d*, tempore *e*, & nego-
tio finito *f*. An & solâ decoctione, quam non est subsecuta
bonorum cessio? Vtq; si totum patrimonium confectū sit *g*.

a d.l.63. §. f. h. §. p. I. eod. *b* d.l.63. §. f. *c* §. 7. l. h. l. 65. §. publ. 12.
ff. eod. *d* d. l. 65. Olden. c. 4. act. 21. Ves. h. n. 11. inf. Boc. h. th. 57.
e l. i. h. t. Don. 10. com. 24. pag. 754. *f* §. 6. l. h. d. l. 65. §. item 10. ff. eod.
Don. d. lo. *g* arg. l. 4. inf. l. 63. §. f. h. t. Ves. ad d. §. soluitur. I.
h. n. 2. Dis. videtur Bennen. Straccha in tr. de decoctor. p. 2. n. 47. &
seq. confer Don. d. c. 24.

45. Sed hîc latè diffunditur controuersia, an solutâ so-
cietate, proclama vel edicta in locis publicis de finito con-
fortio fieri & proponi debeant, ne alter socius ex contractu
veteris sui consocij inuitus obligetur? Sunt qui hoc indi-
stinctè obseruandum opinentur *a*: Sunt etiam qui societa-
tem ad certum tempus, sub modo vel conditione contractâ
huic proscriptioni subtrahant *b*: Nobis verò contrarium
magis arridet, ne tum quidè socium ex contractu sui quon-
dam socij inuitum obligari, cùm societatis purè contractæ
dissolutio morte facta nondum est proscripta *c*.

a l. 11. §. 2. cum seqq. de instit. act. *b* arg. d. l. 11. §. 5. l. 1. §. 7. de
exerc. act. confer Duar. de instit. act. cap. 2. inf. *c* arg. l. pen.
de reb. credit. quam explicat Cuiac. tr. 8. ad Afr. pag. 408. Dis. Dd.
com. ad d. l. 11. §. 2. Gom. 2. ref. 5. n. 6. & ibid. Soar. in annot. Moz.
h. tr. c. f. n. 13. Bennen. d. tr. n. 13. & 14.

46. Ex hoc contractu, absolutâ *a*, interdum durante *b* so-
cietate, nascitur actio vtrinq; directâ *c*, generalis *d*, & in he-
redes transitoria *e*, quæ persequitur id, quod alterum alteri
ex bona fide *f* præstare oportet *g*.

a l. 5. C. h. t. *b* l. 65. §. pen. h. t. Dn. Vultei. 2. l. R. 9. n. 40. & seqq.
c §. 2. l. de pœn. tem. litig. Don. 13. com. 17. *d* l. 38. h. Vultei. d. c. 9.
n. 39. *e* l. 35. l. seq. l. 63. §. 9. h. t. Duar. h. c. 5. confer Pac. 5. q. 2.
f §. actionum 28. l. de act. l. 3. §. f. l. 45. h. t. *g* de quibus passim in
tit. ff. & C. hîc. Olden. cl. 4. act. 21. & de except. c. 55. Ves. in parat. h.
inf. Duar. h. c. 4.

47. Venit

47. Venit in hoc iudicium præter dolum & latam culpam etiam leuis *a*, non etiam leuissima *b*, quod olim controversia non caruit *c*.

a *S. f. l. h. l. s. commod.* *b* *d. S. f. l. h. Bocer. in l. 23. c. 4. n. 13. de R. I.*
c *d. S. fin. l. h. & ostendit. P. Fab. in d. l. 23. n. 106. & seq. Cuiac. in not. post. ad d. S. f. Aliter Egu. Baro in d. S. f. quem sequitur Don. 13. com. 16. pag. 189. & 16. com. 7. pag. 633.*

48. Condemnatur autem socius, tam omnium bonorum *a*; quam vnius rei *b*, regulariter in id duntaxat, quod rei iudicatæ tempore facere potest: cum societas ius quodammodo fraternitatis in se habeat *c*: vnde illud contra Dd. vulgò *d* deducimus, fratri à fratre conuento idem beneficium competere *e*.

a *l. 16. l. 22. §. 1. ff. de re iud.* *b* *l. 63. pr. & §. 6. ff. h. t. §. antep. I. de act. Pac. q. 4. 9. 100. Duar. h. c. 5. & ad d. l. 16.* *c* *d. l. 63. Cuiac. in par. C. h. d. Accurs. Br. Bl. Muda. in d. l. 63. Schneid. in d. §. antep. n. 2. Zas. in d. l. 16.*

49. Concurrit hæc actio cum iudicio communi diuidendo *a*, quandoq; etiam cum actione furti, ita vt altera intentata non statim altera perimatur *b*.

a *l. si actum. 42. h. t.* *b* *l. 45. vbi Costal. ff. h. t. Pac. 1. q. 99. arg. eorum, quæ habentur apud Cuiac. 8. obs. 24. Boc. in fin. tr. de donat. Hot. ill. q. 29. Dec. P. Fab. in l. 130. l. 43. §. 1. de R. I.*

50. Numerum claudat nodus iste Herculeus, in quo soluendo hætenus sudarunt Interpp. & adhuc se suis pungunt acuminibus, quomodo videl. in specie l. cum societas. 69. h. t. socijs aduersus socium actio tam pro socio, quam ex vendito dari possit? Nos, solutionibus diuinatorijs reiectis, in d. l. 69. socijs pro socio duntaxat; ex vendito verò actionem ipsi venditori, cum quo socij contraxerunt, competere putamus: Nisi quis ex cessione & hanc socijs accommodari posse dixerit.

Vide Cuiac. 4. obs. 17. à quo recedit A. Fab. 5. coniect. 4. Aliter Accurs. & Dd. com. in d. l. cum societas. 69.

F I N I S.

ULB Halle

3

003 913 791




56,

1017







1796

1601, 2
2
13



DECADES QVINQVE
Conclusionum iuridicarum
DE
MANDATO,
ET SOCIETATE.

Quas
AVSPICE ET IUVANTE DEO,
PRAESIDENTE HENRICO ANDREA
CRANIO VVARSTENO, in incluta ac cele-
berrima Academia IVLIA, qua est Helmstadij dispu-
tandas proponit, & pro virili 16. May, horis
& loco consuetis defendere
conabitur

AVGVSTINVS Schmidenbach
Gorlicius.

HELMABSTADII,
Excudebat Iacobus Lucius.

Anno MD. CI.



32.

